

fridus gardianus ordinis fratrum minorum et quamplures alii fide digni. In huius rei memoriam presentem litteram duximus nostri sigilli munimine ac sigillis predictorum virorum consignandam. Facta est hec presentacio anno domini MCCC°, II° Nonas Ianuarii.

Or. im M. A., Sglbruchstücke.

1300 Jan. 7.

501.

*Landgraf Albert von Thüringen einigt sich mit dem Rathe von Mühlhausen wegen des Schultheissenamts, der Münze und des Zolls.*

Nos Albertus dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus recognoscimus et ad singulorum noticiam cupimus pervenire, quod nobis et discretis viris civibus in Mulhusen in unum convenientibus hoc annuimus gratuita voluntate, quod pro officio sculteti, pro moneta et theloneo, pro pensione que rente dicitur in vulgari, similiter pro pensione regia uffederhō nec non pro petitione que nobis ibidem in Mulhusen contingeret et pro aliis omnibus que nobis inibi derivare deberent iidem cives nobis ducentas marcas annis singulis, quam diu a nobis non absolvuntur, dare debent, medietatem in festo beate Walpurgis et partem mediam in festo beati Michaelis proxime successivo, valor eciam marce cuiuslibet in triginta solidis denariorum Mulhusensium stare debet. Hiis vero ducentis marcis nobis annis singulis datis plenarie et solutis eosdem cives ad ulteriora munera sive exactiones compellere non debemus. Preterea si dominus noster serenissimus Romanorum rex ipsos cives liberaverit a nobis viam vel modum per quemcunque, nos ipsos non representabimus imperio, quum ipsis servetur ille annus in libertatibus prescriptis quem nobis notorie persolverunt. Et ne hec ordinacio ab aliquo valeat inmutari, sed ut firma permaneat, presentem litteram desuper confectam nostri sigilli robore iussimus solidari. Actum et datum in Wartberc anno domini MCCC° in crastino Epyphanie domini. Huius rei testes sunt Albertus de Brandenburg, Otto de Wechmar, Eberhardus de Malsleiben, Theodoricus de Almenhusen, Heinemannus de Hayn, Henricus de Miela, Theodoricus dictus Muze et Wilhelmus noster notarius cum aliis pluribus fide dignis.

Or. im M. A., das Reitersiegel des Landgrafen hängt an.

1300 Jan. 29.

502.

Der Rath von Heiligenstadt bekennt von Zeugen vernommen zu haben, dass die Brüder Herboco und Harpernus dicti Zorn auf die zu Horsmar gelegenen Güter und dann überhaupt auf alles Eigenthum des Ernest Zorn verzichtet haben.

D. a. d. 1300 feria sexta post conversionem b. Pauli apost.

Wolf Eichsfeld, Urkundenbuch S. 37. nr. XXXVIII.